Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 157
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 361.

3

Vocabularia latino-germanica. 176a–227a

Tria vocabularia latino-germanica. Initium primi est: "Abreviare, chuerzen;" Secundi: "Abba hebraice vater;" utrumque ordine alphabetico. Ad calcem posterioris legitur: "Explicit vocabularius britonis anno domini M.cccc XVj°." Sed falsa mihi haec videtur: nullibi enim Britoni tale lexicon attribuitur. Primum continet verba; alterum nomina. Tertium denique continet nomina rariora, ut videtur indiscriminatim collecta, quorum primum est: "Magestas (a) allmechtichait."

(a) Majestas.

4

Sermo de Neomysta. 227b–229b

"Sermo bonus de novo sacerdote." Ita rubrica; initium est: "Tu eris super domum meam et ad oris tui imperium cunctus populus obediet Gen XLI cap: Nostis Karissimi &c."

Cod: CLVII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

A 7.17.

I

Sermones. Aus uyge 1a–59a

Sermones a nativitate Christi usque ad pascha. Primus incipit: "Invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio Luc: 4. In hys verbis circa nativitatem Xti 4 describuntur." Ultimo sermoni codicis possessor propria addidit manu: "Cuicunque presens liber datus fuerit, vel qui in eo legerit, debet fideliter orare pro

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 362.

"anima unius ſacerdotis Michaelis Golsar
"de hoſpitali prope Ortenburg ut requiescat
"in pace cum uno Amen. Qui comparavit
"hunc librum Anno Domini Milleſimo Quadrin-
"genteſimo viceſimo ſeptimo propria manu ſcrip-
"tum pro ſigneto."

2

Concordantia V: & N: Testa-menti.

60a-63.a

Concordantia veteris, et novi Teſtamenti. Ex una parte facta N: T: notantur, quibus ex alio latere figuræ V: T: adduntur. Initi-um est: " Figurationes incarnacionis fi-lÿ Dei." In fine legitur: "Explicit Con-"cordancia Veteris, et Novi teſtamenti ſub compendio edita.

Oſsinger Bibl: August: p: 836 Gerar-dum Serina (a) concordantiam V: & N: Te-ſtamenti ſcripsiſse asſerit; an noſtram? igno-ro.

(a) Ord: Eremit: S: August, Epist: Savonens, qui obiit: 1355.

3

Stella Clerico-rum.

63b-67a

"Stella Clericorum", ita inscribitur. Est tractatus de officiis, et dignitate ſtatus clericalis, et incipit: "Quasi stella matu-tina in medio nebule peccatorum". In fine additur: "Explicit nobilis ſtella Clericorum. Kropffius idem opus exhi-bet in Bibl: Mellicensi p: 38.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 157

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 363.

4

Nicol. Kempht de Argentina Sermones super Evangelia.

68a–153b

Nicolai Kempht de Argentina Postilla, seu Sermones super Evangelia per circulum anni. Initium est: " Adventum domi-ni recolentes &c Hodie Sancta mater eccle-sia." In fine adjecta est eadem Subscrip-tio /: sed de anno 1426: / quam legimus su-pra n: 1. Vide etiam Cod: CCXXXIX.

5

Heinrich v. Regensbg.

Aegidii Romani Lucianus.

154a–201b

Ægidii Romani Lucianus, seu exposi-tio vocabulorum biblicorum ordine alpha-betico, cujus prologi initium est: " Cum juxta Sapientis &c." Idem per omnia opusculum, quod Cod: praecedentis n: 1. continetur, nisi quod praesens in fine sit mutilum.

Cod: CLVIII.

Chartac: Fol: Saec: 15. A 718.

1

Jac: de Voragine Sermones de Sanctis.

Immerseelen v. Rückersachsen!

1a–160a

Jacobi de Voragine Sermones de Sanctis per circulum anni; iidem omnino, quo-rum jam memini Cod: XCVIII n: 1. ab eo-dem Mathia Katzpeckh anno 1415 scrip-ti.

2

Sermones de Festis, quorum primus de corpo-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 157

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27496

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)